

Matthias Ringmann

## Specvlm Donati

Straßburg: Johann Grüninger, [1506/1507?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1770840176>

Druck Freier  Zugang





TEXTVM

GLOSSENA

- i Inelyta de doctis arx Rhomam fertur Achiuis  
Hæc eadem rudibus sermo Latinus erit.
- ii Mons arcem facilis per quem conscendimus ipsam  
Quædam cum normis est elementa suis.
- iii Quotq; homines habet arx toti de ipsa oratio partes  
Sed cuiusuis sunt acta notanda tibi.
- iiii Nomen erit dicens fac tantum / ac tale sacerdos  
Ut dentur meritis coelica regna tuis.
- v Estq; sacellanus pronomen / deficiente  
Isto commissas nam gerit ille vices.
- vi Rex verbum designat agens / patiensq; in smicos /  
Nonnunq; neutrum pace vigente gerens.
- vii Ipsaq; significat regina aduerbia nobis  
Explanans / implens / singula / regis amans.
- viii Quintam per monachum fingamus participantem  
Huic præbent munus præspiter / ipseq; Rex.
- ix Qui fundit dulcem tibi sit pars sexta Lyeum  
Nescitur hoc medio linguaq; mensq; viro;
- x Significat sacra septenam seruis in æde  
Qui resono minuit / ære q; mutat opus.
- xi Octauam (quæ Rhomanis est vltima) partem  
Moribus insinuat nosiger ipse suis.
- xii Discipulumq; bonum / præcellentemq; magistrum  
Omnia scire volens garrula signat anus.

- i Quia Latinum e Graecorum fontibus ortum habuisse constat / ideo  
typice per arcem delatam a Bratis Rhomam figuratur.
  - ii Principia / et regulæ sermonis Latini per montem quo scandimus  
arcem signantur. Quoniam per istiusmodi Latinum eloquiū acquiritur  
sicut per montem itur ad arcem.
  - iii Partes orationis sunt octo / quot 7 in ipsa arce homines esse spectantur  
quorum si consideraueris officia singuli singulas partes notabunt.
  - iiii Orationis pars prima Nomen / significatur per sacerdotem (quem  
parocetianum vocant) de mundanis et coelestibus corporibus ac rebus  
praedicantem.
  - v Partem secundam Pronomen insinuat sacellanus (quem nostri diuini  
norum adiutorem adpellant) quod is in absentia parocetiani exequat  
illius officium. Et quemadmodum inutilis est seruus qui dominum non  
providet ita non referentia neq; demonstrantia pronomina sunt casta.
  - vi Tertiam et præcipuam orationis partem Verbum / regia Maiestas  
(quod est arcis caput) repræsentat: aut agens cum belligerat: aut patiens  
cum illi bellum inferitur; vel neutrum quâdo tempore pacis quiescit.
  - vii Aduerbium pars quarta per Reginam insinuat: quæ Regis vxor  
Legitimi seu vincula iubent socialia lecti omnia ad nutum illius quæ ad  
modum aduerbium significationem verbi explanat atq; implet.
  - viii Per fratricellum mendicantem significatur Participium. Nam sic  
cut hic a sacerdote et rege supremis in arce et seorsum et simul scriptem ex  
postulat ita illud a nomine genera et casus a verbo tempora et significa  
tionem ab vtroq; numerum et figuram recipit.
  - ix Laupo vina propinans notat coniunctionem: Sicut enim illa sunt  
tentura pedes olim vincituraq; linguam ita hæc pars reliquas par  
tes et ipsam sententiam annectit atq; ordinat.
  - x Septima pars non absurde per famulum delubri (quem vocant æ  
ditium) signatur. Is enim pulsu tympanorum quæcunque geruntur  
haud secus atq; præpositio reliquarum partium significationem / cõplet  
mutat ac minuit.
  - xi Octava et vltima per fatuū intelligitur variis modis ridens / gau  
dentes / dolentem / et gementem: perinde ac ipsa interiectio mentis affectum  
cum voce incognita multipbariam significat.
  - xii Insuper dicacula vetula non vt reliquæ personæ in ipsa arce sed for  
ris existens præceptorem bonum docentem eademq; omnium rimatur  
auditorum nihil non scire volentem repræsentat.
- Annotandum etiam quod licet octo dicantur esse partes oratio  
nis tamen (vt ait Compositus) participia et gerundi a verbo (cuius  
partes sunt) eruditi non segregauerunt. Ipsamq; interiectionem in præ  
aduerbio sex dumtaxat partes ponentes. Sed hæc adulti sciunt. Rudibus  
typum proponimus. Valete qui bene iudicatis.

Ringmannus scripsit documenta Philesius ipsa  
Pressit Grünigeri sedula cura tui.

Ab-1152 (1) <sup>35</sup> <R7



aus: Fe 74 (2.)

